



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Clüveri[i] Germaniæ Antiquæ Libri tres

Clüver, Philipp

Lugduni Batavorum, 1631

Promoemium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44541

PHILIPPI CLUVERII
V I N D E L I C I A
E T
N O R I C U M.

P R O O E M I U M.

10

INITA mihi erat ad Danubii ripam veteris Germania descriptio. at quia posterioribus seculis Germani Hermunduri, Marcomanni, & Quadi, eum amnem transgressi, Vindeliciam quoque & Noricum occuparunt, easque terras in hanc usque diem tenent; idem mihi in hac Illyrici parte faciendum duxi, quod initio descriptionis Germania Cisrhenana in nonnullis Gallie populis feci: nempe, uti in gratiam Germanorum, ea nunc loca colentium, breviter & tamquam ē tā παρέγγι indicarem, qui populi que loca atque opida illie antiquis temporibus incoluerint. Nam & ha regiones, licet præclara atque præstantia ingenia hac nostrā atate, paulloque superiori aeo, sortite sint, que patria terra antiquitatem illustrare gnaviter ac strenue laborarunt; tamen multā adhuc obscuritate obseptæ fœdisque erroribus oblite jacent: ita, uti non minor heic, quam in ipsā Germania explananda, labor mibi sit relictus. Quem equidem ego lubens suscipiam; &, quantum prædicta brevitas temporumque præteriorum obscuritas patientur, omnia clara reddam, que ab aliis aut neglecta, aut perperam exposita sunt.

C A P U T I.

Ostenditur, V I N D E L I C I A M & N O R I C U M
veteris Illyrici fuisse parteis.

ILLYRICUM igitur antiquum, in Liburniam, Dalmatiam, Pannoniam, Noricum, atque Vindeliciam divisum, partem fuisse Celticæ veteris, primo Germaniae antiquæ volumine plurimis docui argumentis. ipsam V I N D E L I C I A M N O R I C U M que parteis fuisse Illyrici, nunc maximè ostendendum est. Strabo igitur, sub initium libri vii, ita tradit: Λείπεται τὰ πέρι τῆς ἡώρας μὲν τὸ πέρι τῆς Ρήνου, μέχρι τοῦ Ταύρου, καὶ τοῦ Σέμαντος τοῦ Λίμνης, καὶ σοῦ μεταξὺ τοῦ Αὐδρίου καὶ τοῦ αἰγαστρῶν τοῦ Ποντίου Δαλάνης μερῶν δυολαμβάνει τὰς τέτον μέχρι τοῦ Εὐαδός καὶ τοῦ Προσωπίδος τοῦ Ιστροῦ. id est: Restant ea, qua versus ortum solis trans Rhenum adusque Tanaim sunt, & ostium Meotidis lacus; item qua inter Adriaticum mare & sinistrum Pontici maris latus in meridiem versus, ad Greeciam usque & Propontidem, Ister intercipit. Et paulo post: Προσιηκλαὶ μὲν οὐδὲ τῷ Ιστρῷ τὰ πέρι τῆς Ρήνου, καὶ τὸ Κελτικόν. ταῦτα δὲ εἰ τὰ ποταμαῖα ἔθνη, καὶ τὰ Γερμανικά, μέχρι Βαστερνῶν. μεταμερεῖντα δὲ τὰ ποταμούχα, καὶ τὰ Θερμικά, καὶ δόσις τάπις αναμένει τὸ Κελτικόν, η ποταμούχα, μέχρι τῆς Εὐαδός. id est: Ab Istro septentriones prospicunt, que sita sunt trans Rhenum & Galliam; nempe Gallica Germanicaeque gentes, ad Bastarnas usque. meridiem verò versus sunt Illyrica gentes, & Thracicae, & que his permiscuntur, Celticæ alienae nationes, ad Greeciam usque. Per Gallicas trans Rhenum gentes intelligere cum Alemanno, inter Rhenum, Danubium, Moenunque amnis tunc incolenteis, in Germania Transrhenanâ, cap. iv, docui. His cis Danubium, trans Rhenum itidem & Galliam, quā Helvetiorum sternuntur agri, contermini fuerunt Vindelici; his porrò in ortum versus Norici: quos in Illyricis gentibus connumerat. Sic eodem libro postea: Λέγεται δὲ τὰ ποταμούχα περῶν, συνάπτοντα τῷ τε Ιστρῷ έπι τῆς Αἴλιπτης, ἀ κέπη μεταξύ τοῦ Ταύρου καὶ τοῦ Γερμανικοῦ, δεξιάδυνα δέ τοῦ Λίμνης, τοῦ δέ τοῦ Οὐνδελικοῦ καὶ τοῦ Αἴλιπτης. id est: Primo igitur loco Illyrica dicamus: qua & Istrum & Alpes attingunt, sita inter Italianam & Germaniam, initium ducentia à lacu, qui est apud Vindelicos, Rhatos, atque Helvetios. Lacum hunc esse Brigantinum, quem Rhenus amnis inter Vindelicos Helvetiosque transit, in Germania Cisrhenanâ, cap. xl, ostendi. In eamdem sententiam Herodianus, lib. vi: τὰ ποταμούχα ἔθνη, στὰ δύτην καὶ ποταμούχα ἔχοντα τὸν ποταμούχον, τοῦτο τὸν οὐρανόν καὶ γένοντας ποτε τεργενανταί τοιαντες. id est: Illyrica gentes, terrarum situ angustæ, neque multum agri Romanis subiecti possidentes, hoc ipso conterminos ferme vicinosque faciunt Germanos Italos. Julianus Cæsar, in oratione, quam de Constantii